



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 78. Rex Tulleburgi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Gasto præpediente ætatis vitio delibe- Sæcul. XV.  
 randi copiam non haberet, amplum ei a A.C 1451.  
 Rege datum est temporis spatium, quo  
 iudicii maturitatem affecutus, decerne-  
 ret, an Gallorum partibus adhærere vel-  
 let. Hæ conditiones die tertia decima  
 Junii, quæ erat dominica, utrinque con-  
 clusæ, ac proprio chirographo munitæ  
 fuerunt.

## §. LXXVIII.

*Rex Talleburgi.*

Cum Urbs Bajonna pactis per Burdega-  
 lenses initis accedere, ac comprehen-  
 di pertinacius reluctaretur. Rex Turo-  
 nia discedens, per Aquitanniam Talle-  
 burgum usque processit, ubi mediam ex-  
 ercitus partem a se dimisit, ut militiæ  
 laboribus fractas restauraret vires, alteram  
 vero ad hujus urbis obsidionem impen-  
 dit, Dunensis autem, & Fuxensis Co-  
 mites, quibus Bajonnam oppugnandi da-  
 tum est negotium, die sexta Augusti mi-  
 litem admoverunt, simulque valla, in qui-  
 bus locarentur tormenta, erigi jusserunt.

## §. LXXIX.

*Bajonna a Gallis capta.*

Mox obsessi infestis armis in Gallos e-  
 rumpunt, ac Bernardum de Bearnia  
 in crure vulnerant. Altera die Galli au-